

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1771

Auteur(s) : Henri Ier Beauclerc, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Troarn, Saint-Martin (abbaye)

Genre d'acte : pancarte

Authenticité : non suspect

Datation : ...1107...

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Pancarte énumérant des donations faites en Angleterre en faveur de l'abbaye de Saint-Martin de Troarn.

Tableau de la tradition

Original

A. Caen, Archives départementales du Calvados, H 7750 (3).

Parchemin légèrement biseauté sur le bas, réglé de lignes horizontales tracées à la pointe sèche. Les huit actes de la pancarte sont séparés par deux ou une ligne(s) laissée(s) en blanc. La mise en page est régulière, avec une marge de 15-20 mm sur la gauche, mais plus irrégulière sur la droite où le texte n'est pas justifié. L'écriture est régulière et semble de la même main.

Copies manuscrites

B. Copie de Léchaudé d'Anisy, 1836, Cartulaire de la Basse-Normandie, 3e partie Londres, National Archives, 31/8/140 B, p. 324-327, Copie d'après A, mais l'ordre de la transcription diffère de l'original

C. Copie de Léchaudé d'Anisy, 19e siècle, Paris, BnF, ms lat. 10079, fol. 93-94, Copie jugée défectueuse par R.-N. Sauvage.

Éditions principales

a. Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° LXIX, p. 136 (acte de Guillaume le Roux)

b. Chanteux Henry, *Recueil des actes d'Henri Ier Beauclerc, duc de Normandie*, Thèse, École des Chartes, 1932, 3 vol. (dactyl.), n° 175, 176, 179, 180 (actes d'Henri Ier).

c. Cronne Henry Alfred, Johnson Charles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum 1066-1154*, vol. 2, Regesta Henrici primi 1100-1135, Oxford, Clarendon Press, 1956, App., n° XXVI, XXVII, LXXIV (actes d'Henri Ier)

d. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, the Acta of William I (1066-1087)*, Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 285, p. 862 (acte de Guillaume le Conquérant)

Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 2, p. 234-235. Sauvage René-Norbert, *L'abbaye de Saint-Martin de Troarn au diocèse de Bayeux, des origines au seizième siècle*, Caen, Chalopin (MSAN ; 34), 1911, p. 60, p. 177 n. 4. Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 97, 411 (actes Guillaume I et Guillaume II) Cronne Henry Alfred, Johnson Charles, *Regesta Regum*

Anglo-Normannorum 1066-1154, vol. 2, Regesta Henrici primi 1100-1135, Oxford, Clarendon Press, 1956, n° 524, 718, 719, 1011 (actes Henri Ier)

Dissertation critique

Les actes les plus récentes de la pancarte ont été émis entre fin 1102 et mars 1107, voire, pour l'un d'eux, peut-être après Noël 1105. Il est possible que la mort de Robert Fils Haimon (mars 1107) dans le contexte des changements qui affectent le monde anglo-normand après Tinchebray ait déterminé la rédaction du document.

Texte établi d'après A

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego, Henricus, Dei gratia, rex Anglorum, confirmo et concedo Deo et sancto Martino Troarni et monachis ibidem servientibus vel servituris, pro anima mea et pro animabus patris et matris meæ et omnium antecessorum meorum et amicorum, elemosinas quas habuerunt in toto regno meo tempore patris mei et fratris mei, scilicet Rog[entonom] et Haringeiam et Horsleiam quæ omnia Rogerius comes Seroberiensis predicto sancto dedit. Concedo etiam tres hidas terræ quas Herluinus dedit apud Waltam et decimas de Grafan et de Estreintona et duas masuras in Cicestra et decimam de Mus[e]tona quam Oismelinus dedit et decimam de [Mundreham] quam Torstinus de Fontanis dedit et decimam [de ... quam Radul]fus Bastardus dedit et de[cim]am quam Aseio dedit. Concedo etiam hoc quod Robertus de Rumeliolo [dedit, scilicet ecclesiam sancti Andr]ee [de Witenehet] cum terra sa[cerdotis et] decimis quæ ad ipsam villam pertinent et ecclesiam de [Mapelel...] cum terra [presbiteri et terra unius carruce] cum pratis adjace[n]tibus ips[æ] terræ et d[eci]mis ipsius villæ, et ecclesiam de Mollenda cum sacerdote et [deci]mis ipsius m[ansio]nis [et unam]carrucam [cum pratis et] tres hospites cum [terra sua et] in Espicevine unum hospitem et ecclesiam de Warocle cum decimis quæ ipse Robertus [predicto sancto] dedit.

Signum [H]enrici [regis] (crux). Signum Ma[thil]dis [f]legi[ne] (crux). Signum Roberti filii Haimonis (crux). Signum Johannis episcopi Batnensis (crux). Signum Radulfi episcopi Cicestrens[is] (crux). Signum Mauricii episcopi Londoni (crux). [Signum] Anselmi archiepiscopi (crux). [Signum Eudonis] filii [Herberti] (crux) [...], Signum Ricardi [filii Rogerii] com[itis] (crux). Signum Will[elmi] cam[erarii] (crux). Signum Hen[rici] comitis de Warvich (crux). Signum Herberti episcopi Tetf[orden]sis (crux). Signum Roberti [episcopi Cestrensis] (crux). Signum G[o]ndulfi episcopi Rofensis (crux).

Willelmus rex Anglorum Lanfranco archiepiscopo et Gosfrido episcopo Constantiarum salutem. Sciatis me concessisse sancto Martino de Troarno totam illam terram quam Mabilia comitissa de me tenuit in Anglia cum his omnibus quæ ad eandem terram pertinent. Et ita concedo ut quietam habeat de omni servitio et omnibus consuetudinibus pro anima Mabiliæ, sicut ego ipse cum habebam illa die qua ei dedi. Quo circa facitæ sancto Martino liberare totam terram.

Henricus, rex Anglorum, Sanxoni episcopo, et Waltero vicecomiti de Gloecestria et omnibus baronibus suis Francis et Anglis de Gloecestre scira, salutem. Sciatis me concessisse sancto Martino de Troarno totam illam terram quam Mabilia comitissa de patre meo tenuit in Anglia, cum his omnibus quæ ad eandem terram pertinent. Et ita concedo ut quietam habeat de omni servicio et de omnibus consuetudinibus sicut pater meus pro anima Mabiliæ concessit et sicut pater meus terram illam habebat ea die qua comitisse dedit. Quapropter precipio ut sanctus Martinus cum pace et honore teneat predictam terram. Testibus Waldrico cancellario et Roberto comite de Mellend. Apud Westimosterium, in Natale.

Henricus rex Anglorum episcopo Sanxoni et Waltero vicecomiti et omnibus baronibus et Francis et Anglis de Gloecestre scira, salutem. Sciatis me concessisse sancto Martino de Troarno monasterium et parrochiam de Horseleia, ita liberam et absolutam a subjectione æcclesiæ et parrochiæ de Havelingis sicut æcclesia et parrochia de Havelingis est soluta et libera a subjectione æcclesiæ et parrochiæ de Horseleia. Ut ita ulterius sint heæ predictæ ecclesiæ et parrochiæ pariter libere quatinus nullam sibi adinvicem debeant subjectionem. Testibus Roberto comite de Mellent. Et Roberto capellano de Rotomago.

Henricus rex Anglorum Sanxoni episcopo de Wigornia et Waltero de Gloecestria et omnibus baronibus et ministris suis Francis et Anglis de Gloecestre scira, salutem. Volo et precipio ut a modo X. hydæ de manerio de Horseleia se acquientent pro VII. sydis de omnibus geldis et omnibus rebus et omnibus scotis. Teste Rogero episcopo Salesberie.

Willelmus, rex Anglorum, Waltero vicecomiti de Gloecestra, salutem. Precipio tibi ut Horsleia, terra Sancti Martini de Troarno, sit rata quieta ad VII hydas de omnibus querelis, sicuti unquam melius fuit in tempore patris mei. Et illa terra predicta sit in tua manu et eam custodias sic ne aliquis in eam injuriam faciat. Testibus Hugone comite Salopesberia, et Roberto filio Haimonis. Valet.

Ego Sanxo Wigornensis episcopus testificor quod Robertus Haimonis filius accepta regis Henrici et mea licentia concessit sancto Martino [de Troa]rno æcclesiam de Horseleia solutam et liberam a subjectione et omni pertinentia æcclesiæ de Avelingis ita ut ulterius nullam prorsus ei debeat subjectionem. Hoc autem factum ita sancitum est, ut si quis ulterius violaverit, gladio anathematis me verberante se transverberatum senti[at]

Ego Robertus filius Haimonis concedo sancto Martino de Troarno monas[terium et parro]chiam de Horseleia ita liberam et absolutam a subjectione ecclesiæ et parrochiæ de Avelingis sic ecclesia et parrochia de Avelingis est soluta et libera a [subje]ctione æcclesiæ et parrochiæ de Horseleia ut it[a] ut ita ulterius sint hæ predictæ æcclesiæ et parrochiæ pariter liberæ, quatinus nullam sibi adinvicem debeant subjectionem. Et hoc facio licentia Henrici regis Anglorum et Sansonis Wigornensis episcopi. Quod privilegium qui fregerit excommunicetur a Deo, amen.